

cordi conuenient, dicato, ita de eo scribit. *Melisophyllum exalat*, siccataque ordine secundo, *Cor exilarat*, *vitaleq;*
facultates reborat, *odoris fragrantia*, *saporis antisterite*, *partiumque tenuitate*. Quibus facultatibus ceteris etiam vi-
scribus competit. *Vires detectiores possidet*, *ne adè imbecilles*, *qui atrabilioris nuperes à spiritibus*, & à sanguine,
quà cordi, & arterijs infici, *educre queat*: quod in ceteris corporis partibus, ac etiam in tote corpore efficerne nequit. Cae-
terum superioribus annis plantam confeximus Prague, in horto Innschifflimi C. saris Ferdinandi, è Constantinopoli allatam
quam Melisophyllum, Corstantinopolitanum appellare libuit, quòd folia Melisophylo similia proferat: uerum haudqua-
quam ceteram pomum denia. Etiam amara tota; & magne (ut annis) facultatis aduersus uenena, & ad cordis affe-
citus. *Melisophylli* meminit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum, his uerbis. *Melisophyllum marrubio si-*
mile ej; facultate, *feu plurimum ab eo uincitur*: *quamobrem nec uitur eo quicquam*. *Supernacatum liquide foret*
præiente marrubio, *cuius tantus est ubique terrarum prouentus*, *uelle uti melisophylo*. *Ceterum si cui forte ad manum quædoque*
marrubium non fuerit, *illo uti licet ad eadem*, *modo quantum ab hoc experetur*, *cognitum habuerit*. *huc Galenus*. *Aria-*
strum, *Plinio libro 20. cap. 11. autore*, *in confusa damnatione est uenenatum in Sardinia*. *Sed uero, ne Plinus hic*
ut in alijs nonnullis, *decepis sit*, & ne Sardiniam herbam, quam quidam apium rufus vocari, pro *Ariastro* accepit.
Ea planta Græci puerorum dicitur, *que Latinis Melisophyllum*, & *Ariastrum*. *Arabis*, *Bederangie*, *Bedarungi*,
Bederenzegum, *Turongil*, *Trungan*, & *Marmacor*: *Italijs*, *Melissa*, & *Cedronella*: *Germanis*, *Melissen*, & *Bi-*
zemkrant: *Histrianis*, *Torongil*, & *Hierua cidera*; *Gallis*, *Melisse*, & *Pon cirade*,

M A R R V B I V M.

Ex Galeno.

Nomina.



Thesaurus

τηρίσια.

MARRUBIVM.

CAP. CII.

Marrubium, frutex est ab^a radice ramosus, candicans, subhirsutus, quadrangularibus ramis^a Mēr dñi.
foliis pollicem æquat, subrotundum, hispidum, rugosum, gustu amaro: scmen in caulis, & pūcīlīgīz.
ex interrealis: flores uerticillato ambitu: asperi. Nascitur propter adficio, ruinas, & ruderā. Huius
folia siccā cum femine decocta in aqua, aut uiridum succus datur cum melle superiores, tūscentibus,
& ad tabitūdinem redactis. Crassam è pectore pituitam cum siccā līcīcī, mūlheribus a partu non
purgatis darur, ut menstrua, & secundas extrahat: item in difficulti partu, & his qui venera haferunt,
aut a serpentibus demotisi sunt, uesciam, renesque ladiit. Folia cum melle illuntur folidis ulceri-
bus purgandis: pterygia, nomasq; siunt: laterum dolores mitigant. Succus foliis contusis expre-
sus, & sole coactus, ad eadem pollet: cum uino, & melle illitus oculorum claritatem adiuuat: nati-
bus regium morbum expurgat. aurum doloribus conuenienter instillatur per se, aut cum rofacio.

Marrubium vulgaris est planta, netiorque enibus, quām ut pluribus indicanda sit. Eius duo genera constituit Marrubij cō-
federatio.
Theophrastus libro 6. cap. 2. de plantarum histria, pliata scribit. Sunt & Marrubij duo genera. Aliud enim
folio herbido, ferratori, incisurisque profundioribus, & prīmā confectioribus decreto constat, quo unguentarij, uti ad
nonnullā conficiere. Alterum rotundis, squalensque velmenter, sicut ffaceli, incisuris habens oblongiores, minusq;
ferratum. hoc Theophrastus Ex quibus utique constare potest, Theophrasto alterum marrubium non aliud esse, quām
Dioscoridi Ballotē. Marrubij decētum datur comedere locinorgis, & aqua interente laborantibus: eo quoque, aut fo-
liorum pulvere, necantur internerorum uernes. Recentia folia cum ueteri axingiatris & illita, canum morbus perfant,
& membrarum timores resolvent. Lichenas purgant, sanantq; ex aceto illita. Decoquintus Marrubij binæ uncias, una
cum buglossi, helenij, & eupatorijs, radicum sequiūrachma, Rhubarbari cirrhoma, & galochi pari pondere, ex unī
alii generis libris tribus, ad tertias usque, fitq; hoc modo me dicamentum præstantissimum ad ideritiam, à usorim obstru-
ctione prouidentem, ubi diebus decēt continuis huiusc medicamenti binas uncias in diluculo potuerint affecti, admisso
in tantillo faciat, quod dulcorem addat: uerum si febris adit, ea omnia aqua inconquenda sint. Marrubij uires traxidit
Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, sic inueniuntur. Marrubium ut gustu amarum est, ita si quis utatur, con-
sentientem huic sapori actionem possidet, iecur, ac liuen obstrunctione liberans, & thoracem, pulmonemque expurgans, Marrubij vi-
res ex Gal-
ac mensis præmucens. Sed & illitum detergit, ac digerit. Ponatque ipsum quipiam in caliditate quicunque secundū ordinis
iam completi; in scutate uero tertii meci, aut completi. Succus eius cum melle ad uisus acumen uiuntur. Quinetiam &
per naras morbus regium purgant, & ad anuum dolores inueteratos addibent, quibus sane obstrunctiones disiçere,
meatunque ipsum, & ramos membranarum expugnare eſt uisus. Id Grati sp̄ētū quod Latini Marrubium nominant,
Mauritanī, Farafio sive Frafiam: Itali, Marrebio: Germani, Andorn, & Lungen kraut: Hispani, Marrubio: Galli, Nomina:
Marrubin.

STACHYS.

CAP. CIII.

Stachys, frutex est marrubio similis, sed longior, folia ferens numerosa, hispida, rara, praedura, ca-
sa, odoris iucundi; & complures virgas ab una radice exentes, marrubio candidiores. Nascit
a Mell inter
ferit hic ²⁰,
in montibus & asperis. Vim habet excaffitoriam, & acrem ⁴. Foliorum decoctum potu pellit men-
tis, & secundas.
Stachylos cō-
fideratio.

Nihil mihi verendum est, quin planta, cuius hic imaginem appinximus, legitima, genuinaque sit stachys: Est enim fru-
tex Marrubio non ab simili, sed longioribus folijs, numerosis, hispidis, incanis, praeduris, & odoris non iucundi; Quin-
etiam complures ex una radice caules profert, quo factum est, ut plantam, quam antea Stachym legitimam esse putabam,
Pseudostachym nunc appellauerim. Siquidem non video, quomodo Sphaeculus esse posse, ut quidam seminavit impudens Ar-
chirzotonus. Nam (ut Theophrastus est author) sphaeculus, quan ego minorem salviam appello, folium gerit urbana salvia
contractius, minusq; squalens. sed contrario modo se habent Pseudostachyos folia, cum saline sint duflo, triplove latiora, &

STACHIS.



PSEVDO STACHIS.



etiam longior; quinetiam multo squallidiora. Plin.lib. 24.cap. 15. Stachys porri similitudinem habere tradidit. Graecarum possum affinitatem deceptus, prasum pro prasum legens. Siquidem ~~et~~ ^{et} porrum significat, ~~et~~ ^{et} vero marrubium, cui Stachys est similis. Stachys meminit Gal.lib. 8. Imp. med. sic inquens. Stachys frutex est marrubio similis, gultu acri, et amaro: tertij est ordinis exalatcentium. Quamobrem rationabiliter non solum mensur mouet; sed et abortum efficit, et secundas ejicit. Στάχυς ut Graec, ita etiam Stachys Latinè vocatur: Italicè, Stachys.

PHYLLOPS.


CAP. CIII.

Phyllitis folia promitt rumicis similia, longiora, & viridiore, sene, aut septem, recti, que parte tangeriore lauia cernuntur, à tergo autem peniciles quasi uermiculos tenues ostendunt². In umbrosis, & opacis, horum locis emicat, gustu acerbo. Neque caulem, neq; fiorem, neq; lumen profert. Folia in uino pota serpentum morbus aduersantur, quadrupedibus per os insufla, auxilio funt: & si digesta, aut refoluta alius exerceat, potui datur.

Plinii lapidis.
Stachys vires ex Gal.
Nomina.

[†] Orib. legit:
Et res interiore.
a Meum. qd
res in terra
exclusa sunt
pedicatis. i.
nascitur in
umbrosis lo-
cis & horris.

Qui

Phyllitidis
confid.

Qui notas omnes, que Phylliti di à Diſcordie tribuntur, diligenteris me expenditure voluerit, haud difficulte quidem fati co-
getur, Phyllitum eſe eam herbam, quam aliqui Linguan cernunt, nonnulli vero Scolopendrium perperam appellant:
Perperam dico, quod legitimum Scolopendrium (ut inſra ſuo loco dicitur) illa minima fit herba, que Græci Asplenios, Ma-
ritanis vero certe achi dicitur. Quod autem ita ſe res habeat, hinc in primis ad credendum impellor; q̄ vmbroſis, opacis, hu-
mentibusq; locis prueniat; quodd; folijs fit rume majoribus, longioribus, ac vniidioribus, et clie, anterore parte leuibus, a ter-
go autem eminentijs quibufdam tranſuferim per intervalla signatis, subrubentibus, qua (ut Diſcordies inquit) penſiles ver-
culos referunt. Opinorum deinde auget acerbis ſapor, qui gustu precipitatur. Huc poſtrem accedit, q̄ caule, flore, & femine
vace: iamneſi non defit, qui credant, eius ſemen ē penſilibus illis vermiculis prodr. Neque illud ſententia noſtra quicquā
obſtare crederim, q̄ huic herba complures reperiantur plantæ, que prates Diſcordis auctoritate vel quinquaginta emat-
tant folia. Quippe (ut experientia compertum habeo) effodientibus nobis ē terra hanc herbam, nunquam ab una tantum radice
tot folia erumpere vix sunt, fed à quā pluriſim ſe ſimil tangentibus, ita tamen ut una ab altera separari posset. Vnde fa-
cile cognoui, q̄ ſi singula radices ab initio difſimile confiderint, non pluribus, quam ſenſis aut ſepentis folijs referte inue-
nientur. His itaq; rationibus, mea quidem ſententia, hac in re planè hallucinati deprehenduntur Manardus, Leonicenus, Rue-
nic, Ruellit-
lius, & Fuchsius, omnes aliqui clarissimi nominiſi viri, q̄ tam facilē crediderint, Linguan cernunt vocatum Phyllitum ne-
& Fuch. lap-
ſus, quamquam reteret, fed Hemionitum. Nam eſi Hemionitis caule, flore, & femine vیدua fit; non tamen folijs conſtat rume-
ſed aracunculi, curvis, noua luna inſtar. Illud inſperata addiderim, q̄ iam reperta fit Hemionitis, que omnibus proſrus notis legi-
timata

ūnam refert. Sed ijs fortasse errandi occasione prebuit vulgi opinio, qui Lingam cervinam non magno quidem negotio ad omnes lieuis affectus afflumere suaderet, quod tamen Hemoniudis est proprium. Cuus forte vulgi opinio nec ijs potius fecisti, quam q; Phyllitidis lineamenta, notasq; diligenter perpenditer, in hinc facile lapsum incidenterunt. At qui non ob id negaverim ego, Phyllitidis lineositas auxiliari, cum id vulgari experimento confit. Non defant quoque, qui Phyllitidis fistulatis aqua videntur ad cordis effectu, & contra fngulum. Eadem gargarilandam quoq; prebeat ad prolapsam columnellam, re frigoratu; iocinoris, & ventriculi ardore siccorum foliorum farinae, ex carundine aqua excepta, & illata. Eadem queque aqua os abluendu; precipiu; ad palati desquamationes, & eruentas gingivias. Phyllitidis meminit Gal. lib. 8. simpl. medicamentorum, sic inqueuis. Phyllitum cum qualitatibus sit acerbe, non adiuridie diarrhreas, sive profundi, & dyenterias poterat inueni. Planta, que εὐάρτης Grecis, Phyllitis item Latinis appellatur: Ital; Phyllite; Germanis, Hirtzungen: Hispanis, Lengua cervina: Gallis, Lang de cerf.

10

φαλαγγίνη. PHALANGIVM.

CAP. CV.

PHalangium, à quibusdam phalangites, ab aliis leucacantha vocatur. Ramuli sunt ei duo, aut tres, plurev; in diuersa tendentes; flos candidus, lilio similis, multas incisuras habens; semine nigro, t; lato, ad lenticulae dimidiata figuram, multò tempore; radice parua, tenui, herbacei coloris,

P H A L A N G I V M .

Phyllitidis vi
res ex Gal.
Nomina.



A Med. hic ad
dir. dospor
gen. omnia se
tert. p. præta
contraria.
Phalangio
posterioris memoriæ prodidit Dioscorides, retulit Plinius libro 27. cap. 12. ubi ita scri-
bitur: *Adem fer., quæ hic de Phalangio posteriori memorie prodidit Dioscorides, retulit Plinius libro 27. cap. 12. ubi ita scri-*

Eadem ser, que hic de Phalangio poferentis moriorum prodidit Dioſcordes, retulit Plinius libro 27. cap. 12. ubi ita scribit. Phalangies a quibusdam phalangio vocatur, ab alijs leucanthemum, uel, ut in quibusdam ex exemplaribus inuenio, leucanthemum. Ramuli sicut ei rursum pauciores duobus, in diversa tendentes. Elos candidus, uel rubro similiſ: femine nigro, lato, ad lenticula dividitis figuram, muli' tenuore: radice herbae coloris. Huic folio, vel flore, vel jenimo auxiliante contra scorpios, uim phalangiorum, & serpentum ieiūs: item contra tornina. Hec Plinius, qua canna ferre, si conferantur, Dioſcordi accepta referri poterunt. Phalangiū nubes tradidit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, sic inquietus. Phalangites sic appellata eſt, quod moris à phalangiis auxilietur. Et autem facultatis tenuum partum, defecſant. quamobrem & tornina patientibus succurrat. Quod paracerasyrus Graci, Phalangium quoque Latinis dicunt: Phalango. Itali.

Phalangij vi
res ex Gal.
Nomina.

[†] Si quis Graca Dia cordis exemplaria constudat, hic non $\pi\alpha\tau\sigma\tau\upsilon$, hoc est latum, sed $\pi\alpha\chi\sigma\tau\upsilon$, quod est crassum, scriptum reperiet. Quod si preterea ea legat, que ex Plinio in commentario retulimus, comprehendet $\pi\alpha\chi\ell\eta\mu\mu$ in uertendo $\pi\alpha\chi\ell\eta\mu\mu$ fuisse Plinium, ex eis; uicem illam reddidisse.

TRIFOLIUM ASPHALTITE



TRIFOLIVM,

CAP. CVI.

Trifolium, Græci triphyllon, alij oxytriphyllon, alij menyanthes, alij asphaltion, vocant. Frutex
 supra cubiti altitudinem attollitur, virgas habens tenues, iunceas, & nigras, unde ramulares ena-
 scuntur appendiculae, in quibus tera singulis germinationibus excutu*s* fo*lii*, lotu*s* arbori similia. ijs re-
 center enatis ruta odore inest, ubi autem adoleuerunt, bitumeu*s* olent. Florem edit purpureum; semen
 quadangulus latum, subhirsutum⁴, ex altera extremitate exertum, antennae modo corniculum ge-
 rents. radix tenuis, longa, valida. Semen, & folia in aqua pota pleuriticis, vix difficulatati, comitiali-
 bus, & iis qui aqua inter cetera principia sentiunt, sceminiis quoq*ue* vulvae vitiiis opportunis, auxiliari-
 tur: mensis ciuit. ternar. drachmæ è femine dari debent, è foliis verò quaterna*s*. Contra serpentum
 iictus trita folia, & ex aceto mullo pota, praefidio sunt. Tredunt aliqui, totius fi*u*ticis, radicis, foliorumq*ue*
 decoctum fotu dolores eorum finire, quos serpentes percusserint qua autem aqua sanatus quis fuerit,
 si ea quispiam alias soucatur, qui vicus habuerit, perinde afficitur, ut à serpente demoritus. Quidam ter-
 si a folia, aut femina in tertianis, cum vino potui dederet: & in quartanis quaterna*s*, ut quæ febrium cir-
 gitus discuterent. Radix antidotis inseritur.

Orib. legit.
 trifol. n. sp.
 pecten. cibi
 ti altitudinis,
 vel etiam na-
 toris.

a Meum. in
 sed è triplo pâ
 parto. dicit
 rep. ay. Ep. 9
 iex altera
 extremitate
 velutin omniu-
 lum habens.
 b Catechu. p
 if o. habet.
 iuxta estia
 iacobina, ioh-
 da. id est legit
 Oribatius.

TRIFOLIVM PRATENSE.




Trifolij confi-
deratio. **T**emelii plura in Italia passim in prati, ac nivariaj Trifolij inueniantur genera omnibus planè noti; non tamen de
lis tradidit hoc capite Dioscordes, sed de eo tantum genere, quod à bituminis odore Asphaltitis dicitur, de quo etiam
scribit Galenus. Verum non ob id putandum, Trifolium pratense omne genus Dioscordi fuisse ignotum: siquidem eius me-
minit libro quarto in sylvestris loti capite, dum ita scribit. Sylvestris lotus plurimum in Libye signatur, caule bicubitali,
c. sape maiore, alijs multis trifolijs praters. Ex quibus utique Dioscordis uerbis loquit, eos maximè haliucinari,
quæ recenter contendunt Trifolium pratense esse lotum sylvestrem, vel urbanam. Plinius libro 21. cap. 9. de trilobis tri-
folijs generibus differunt in hunc modum. Folio coronat & trifolium. Tria cius genera, menyanthes vocant Greci, alij
asphaltum, mureo folio, quo vntunt coronarij. Alterum autem, oxytriphylon cognominatum. Tertium ex omnibus
minutissimum, haecenius Plinius. Trifolii acuti meminit quoque Scribanus Largus, qui ita scriptum reliquit. Tri-
folium acutum, quod oxytriphylon appellant, nascitur in Sicilia plurimum. nam in Italia regionibus nusquam eam nisi her-
lam, nisi in Lince portet, cum in Britanniam petierem cum Claudio Cesare. Est autem folijs, & specie communis trifolij si-
milis, nisi quod pleniora sunt folia, & quasi laniginem quandam super se habent, & in extrema parte uelut emineat
aculeum. Sed frutex huins duum pedum, interdum altius consiccitus, & odore graue emittit, quorum nihil circa pa-

TRIFOLIUM PRATENSE ALTERVM.



tenue trifolium inuenitur, hec ille. Est & aliud trifolij genus sapore acetoso, quod quibusdam Panis ceculus, nonnullis ue-
rò Alleluja vocatur. Nos autem cum Plinio Oxyx appellandum censimus, sine Trifolium acetosum. Opacis plurimum etosum.
praeuent locis, caulinis pluribus ab una radice surgentibus, pusillis, rotundis ac tenuibus, quarum singulis tera in sim-
ilitate sunt folia cordis figura, & in pediculis fungi modo plerisque reflexa, mollia, acido gustu. flores ediri albocantur. in
quindz diuijios apices, stellae figura: Atqui iij peculiares caulinos habent, singulis singulo caulinulo nituntur. Radicem habet
subfractam, squamuus concretam, que nucamenti speciem referunt. Tota planta refrigerat oxalidis modo, priuiae au-
rata siuim extinguit, & ventriculi ardore extinguit. Ieuv refrigerat & cor corroborat. Stillatitia eius aqua datur utili-
ter potanda aenca febre laborantibus. atqui longè magis prestat succus ex saccharo potus. Illinitur idem per se Erysip-
latis, & inflammatis locis, colluiturque ex eo os, ubi lingua, palatum, faucesse calida fluxione laborent. In summa ad
ea omnia censetur utilis Oxyx, quibus oxalis auxiliari queat. Plinius (ut quidam putant) hoc oxyx nominat libro 27.
cap. 12. ubi sic inquit. Oxyx folia tera habet. Datur ad stomachum difolumentum. Edunt & qui enterocelen habent:
Nec plura de hac herba Plinius. Ceterum Trifolium pratense in Italia trium est generum. Primum folii exit rotundis,
& amplis: secundum longisculis: tertium ut primum circinatis, sed breuioribus. Distant & florum colare, quod in uno


TRIFOLIVM ACETOSVM.



flores albcent, in altero rubescant, in tertio lutei spectentur. Pratense trifolium tempestates pronunciat. nam (ut Plinius est author) inhorrescit, & folia contra tempore latem subrigit. Habetur preterea herba, de qua ideo hic inter trifolijs genera differendum duximus, quod folia exat tripli cornu diuso: unde etiam apud quoddam herbarios sibi Trinitatis nomen comparauit. Hec itaque herba TRINITAS vulgo uocata, in locis proueniis diligenter, & inter fructa: gaudet enim opacis. Folia fert triquetra, longis pediculis appensa, que auersa parte cyclamini modo subpurpureant, superiore vero albis quibusdam maculis refiguntur. Caulis habet tenuem, in cuius cacumine primo statim uera flos emicat cornutus, & que capitulum eritur echinata specie, in quo semen oblongum subceruleo colore. Radicus unita numerosis, rebus, fibribus tenibusque.

Sunt qui hanc plantam Hepaticam vocant, quod (ut illi putant) iocinorosus ueret. Huiusque meminisse Gracos, nec pariter Mauritanos, haec tenus compertum non habeo. Probatior maxima recentioribus medicis ad uulnera glutinanda, tana extreua illata, quam interius sumpta, quinetiam & ad enterocelas: in quem usum puluerem dimidij coctelearis mensura ex uno austero proponant. Tota planta decoquitor in vino austero, ad columellas, fauiciisque inflammationes. Sed ut ad trifolium nostra redcat oratio, eos in aperiissimo errore versari exilimauerim, qui Andacaram Apbris uocatam, ad quamvis trifolijs speciem referunt. Quandoquidem Andacoca (ut testatur Serapio) nil aliud est.

TRINITAS.



quam Dioscoridis *Aegyptia lotus*. E cuius semine quod papaverum modo capitibus quibusdam includitur, Arabes sibi
eum conficiunt, quod miris laudibus efficiunt in nerorum morbis, pretermitaque treordibus: illudque oleum de Andaco-
ca appellant. Id enim non defunt, qui credant est vulgariter foliis semini fieri: sed quam aperte decipiuntur, vel ipsi videntur, Trifolii uires
vel ali iudicent. Trifolium scriptis tradidit Galenus libro. 8. simplicem medicamentorum, sic inquiens. Trifolium ex Gal.
quidam aphlaton, quidam oxyphyllos, nonnulli myrrantes sunt & qui enicucent. Prima quidem tria ab ac-
cidentibus fructicis, reliqua duo nomina hanc scio unde. Vis plantæ est calida, siccans & bitumen, cui odore est similis, utrinque
que tertius ordinis. Prounde pota latenter dolores obstruere natos innat, & trinam, menesque provocat. hec Gale-
nus. Sed amaduertendit est, an Galenus ipse in Trifolij facultatibus recte perceperit Dioscoridis sententiam. Quip-
pe in libro de theriaca ad Pisonem, ubi plurim medicamentorum facit mentionem, quibus contrarie insint facultates,
hæc de memoria prodiit. Trifolium herba, quo hyacintho simili est, cum vere parturit, & senecte agresti cuncto per-
finale obtinet, decocta admodum, deinde moxibus arcane, vel ripere quoque ex aquæ fonte adhibita ipsi medetur, & do-
lores statim sedat. Si autem in alio non communio locum eodem fonte circundare, similem fonsum, similesque do-
lores statim, si quis morsus inuenit, omnes efficit. Vnde re miruola dignum opus esse videatur & videlicet herbam & mor-
sum sanare, & fractum modosanare partem praus afficere. hactenus Galenus. Verum, id si Dioscoridis verbaceum ex Galeni sente-
pendantur, nullo miraculo fieri facile constabit, sed potius secundum ipsius naturæ ordinem. Siquidem (vt Dioscorides ta damnata.
scribit) non omne trifolij decotum illud efficeret potest, sed tantum id, cuius foliis quisquam si feremus liber evaserit,
si eo alterius locus virere affectus perfundatur. Id quod aperte Dioscoridis verba declarant, cum inquit. Tradunt ab-
iquitatis fructicis, radicis, foliorumque decoctum fonte dolores eorum finire, quic serpentes percusserint. Quia autem aqua
sanatus quis fuerit, se ea quisquam alias fonsauerit, qui viles habuerit, perinde afficitur, vt à serpente demoratur. Ex his
Dioscoridis verbi clarum fieri puto, hanc rem in se nihil admiratiois habere. Nam cum Trifolij ipsius decotum, quo
demorari fouentur, venenum à virebre extrahat, eique permisceatur, haud dubit à venenatione redditur. Quamcunq; mi-
nimè quidam mirum videri debet, si idem decoctum, quo quisquam non demorari fouentur, ubi perfusa partes aliquo re-
cere laborauerint, veneno per veleris paros ingrediente, ad sanguijnem se commixte, ex omni excutit mala, quibus
moxi extinxant. idem enim venenum cum sit, eodem quoque prebeat effectus necesse est. Vnde liquido colliguntur, quod
suntur a Trifolij decocto evocatum, non autem Trifolium, si illud, quod similem fonsum, similesque dolores faciat. Quid
autem venenum exactum à ferarum monib; veleratis particulis contactum necesse effere possit, complures tam Graci,
quam Arabes autores, manifeste demonstrant. Quandomquidem scribentes ex demonis fugere praestantissimum esse re-
medium, seris nos admoneant, ne id ore veleribus affecto fiat, quoniam si venenum illud plus inficeret, jugementum in mortis
dictionem duceret. Hec itaque sunt, que me maximè mouent, vt credam Galenum hac in re Dioscoridis mentem non ac-
cepisse, atque etiam, si licet dicere, cœciusque. Ceteram non defunt, qui velint, vt Galenum tuerentur, librum à the-
riaca ad Pisonem non esse legittimum, idque pluribus rationibus comprobant. Quibus an afferiendum sit, uidentur y, qui
Graciam Galeni phrasim profiterent, quaque eius volumina diuersi euoluerint. Ego certè, vt dicam quod sentio, non
possum non illis subfribere, qui librum illam fonsum esse censem. Inter quos hic mihi honoris gratia nominandus venit
Iulius Alexandrinus Tridentinus vir quidem singularis ingenij & eruditissimus, ac propter eius maxime existimationis mea-
cens apud Cæfarem Ferdinandum Rom. Imp. Huius ergo viri iudicium, vt quod nullus & ipsi quidem firmis argumentis
naturat, & laudamus libenter, & probamus. Ceterum, cum scribat Dioscorides trifolium asphaltites folia ferre leto ar-
bori similia, non defunt, qui putent arborum lotum folia ferre ordine, & numero ternario, sed procedubio hallucinantur,
cum nullus extet auctor, qui lotum arborum scribat terna simili edere folia, siquidem cum Theophrastus, tum Plinius
foliis illi ineffe illicis haud diffimili scribunt. Quare censendum est Dioscoridem trifolij huiuscem folia loti arboris comparaf-
40 se folijs, non quod ternæ folia loti, perinde ac trifolio, ex uno pediculo exeat, sed quod unumquaque per se trifolijs asphal-
titis folium, loti arboris folium referat. Tropicos Graci nocant, quod Latini Trifolium : Itali, Trifoglio : Germani,
Vuyzenklee : Hispani, Treuol.

Nomina.

PILOM. POLIVM.

CAP. CVII.

Dvo genera polii. Montanum, qui reuthriō nomen est, & cuius est usus t. tenuis frutex est, can-
didus, dodrantalis, semine refertus: capitulo in cacumine quandam corymborum speciem pra-
se ferente, paruo^a, cano hominis capillo simili, grauiter olente, non sine quadam suavitate. Alter-
um fruticosius, non vsque adeo valens odore, & viribus infirmius. Potum feruefacti ius auxiliatur
50 serpentium cibis, hydropicis, morbo regio: & lienosis ex acetō: stomachum male habet, caput
doloribus afficit: aluum, & menses ciet. subfrustratum, suffitumque serpentes abigit. illitum vulnra
conglutinat.

†Orbisins l>
git. i. ασπί-
φύλλον. i. cœ-
tione.
a Meum. πο-
λεῖον τριγύα.
cano capitulo

Polium Montanum planta est candicans folijs oblongis, per ambitus serratis, & per intertalla carolem ab initio ad sim-
plicem uestimentibus, minoribus, pluribus inter maiora subfuscantibus. Caules habet copiosos, rectos, rotundos, fibulbantes, flexiles. capi-
tulis in cacumine albanticibus, alterius polij capitulis haud longe diffimilibus. Radice nativa simili. Tota planta bene
oler, & minus quam alterius, nares ferit. Ceterum, utrinque polium notum est, & copiosum in Italia cum minoribus
tum etiam collibus proueniit. Polij memini Plinius libro 21. cap. 7. ubi ita scriptum reliquit. Apud Graecos Polion
herba incolta Misai, & Hesiodi laudibus, ad emnia vtilia predicantium, superque exteram ad famam etiam dignitatis:
prosusque mitem, si modo (vt tradidit) folia eius mane candida, meridi purpurea, sole occidente cerulea efficiuntur.
Duo genera eius, campestre maius, jlystrefuit quod minus est: quidam testerior vocant, folia canis hominis similia, à ra-
dice protinus nunquam palmo altaiora. hoc Plinius, quorum plura à Theophrasto mutuatus est. Ceterum in ijs Plinius
aperte hallucinatus reprehenditur, quod turpiter Polium cum triplo confuderit, cunis historiam libro quanto perver-
cat Dioscorides. Siquidem Triplo proprium est, non autem Polij, teneat Dioscoride, vt colores ter in die mutet: neque
id quidem à Dio coride, vt a Plinio foliis, sed floribus ascribitur. Præterea capitulo Polio inesse cano hominis capi-
llo simile


Plinius lapus

Polij confide-
ratio.

lo simile serbit Dioesorides, non autem folia, ut ipse Plinius tradit. Ceterum polo uis inest referandi, incidenti, attingendi & abstergendi. Adligantur fronti contra oculorum suffusiones, propter ubi inventum sit, nec alia herba magis conuenit. Poli vires memoriae prodidit Galenus libro 8. simplici med. ubi sic inquit. Polium amarum est gustantibus, & modice acre. Itaque visceris omnia obstrunctione liberat: virinamq; & mentes curat. Ac viride etiamnum magna vulnera glutinat, maxime species eius fruticosa. Aridum cum fuerit maligna plectra sanat illum: & magis hoc praeferat quod minus est. Polium minus quo etiam vitium ad antidota, & acris, & amarum est, quam magis, adeo ut ex tertio sit ordine defecantius, ex secundo autem completo exalfacientium. Planta Græcis Πόλιος, Latinis item Polium appellatur: Mauritanis, Cabade, Iberida, seu Giada: Italiae, Polio.


POLIVM.

10



Zulphur.

POLIVM ALTERVM.



Scordium.

SCORDIVM.

CAP. CVIII.

Scordium in montibus, & palustribus nascitur, folijs tristaginis, maioribus, non sic in ambitu diuisis, aliquantum allia redolentibus, gustu amaris, & adstringentibus: quadrangulis caulis: subtubro fiore. Herba vim excalfactoriam habet: urinam cit. Cocta recens, aridâ cum uino^a, aduersus uenenos serpentium morbus bibitur: ad stomachi quoque rotiones, dyenteriam, & urinæ difficultatem, binis drachmis cum hydromelite, crassamen purulentum pector expellit. Faciat arida farina ad veterem tussim, rupta, conuulsa, si cum nauturio, melle, & refina misceatur in eclegmate. Inflammata modicè præcordia, cerato excepta, recreat: cum acetio acri, aut aqua, podagrìs conuenienter illinitur: menœs imposita mouet, uulnera cõglutina, tuetera uicera purgat, & ex melle ad cataractem perducit. Sicca^b excrecentias in carne cohabet. Succus ad eadem uitia bibitur. Inter prima efficax Ponticum natione, Creucumque.


^a Mel, opacum
est, et raro
poterat uideri
viresque, i. co-
tra serpentum
mortiferas, & le-
thalia.
^b Cærulea
excrecentias
poterat, i. ut
per extirpationem.
Meum X
poterat, i. -
extirpationis.

Sordium non ita pridem inueniri, & cognosci caput in Italia. Siquidem præterita nuper etate omnes tum medici cum seplasarij Mauritanorum monumentis decepti, sylvestris tantum allio, quod à Diſcordie ophioſcordion vocatur, pro legitimo Scordio utebantur. Neque ijs ſolum rerum imperitia, fed etiam uocabulorum nictitas impoferat, ut qui Scordium à Scordo, quod Græci allium significat, diſtinguer neſciuerint, pro unoq; acceperint. Sed illis portiſum errandi occaſionem dederat Autem, nel eius interpres, quod in alteram theriacam compositionem Scordium, in alteram vero sylvestre allium addiderat. Quod cùm uiaſſerit superioriſt atatis medici nomi nulli rei, & prioris uoci ignari hanc ex altera expoferuerint, & Autemnam in hac re ſuiphiſus interpretem fecerunt. Vnde adduciſunt, ut certò crederint sylvestre allium, & Scordium nihil interſe differre, atque unam & eandem plantam eſſe. Quo pofmodum factum eſt, ut ſylvestre allium apud omnes in Scordij locum illegitimè ſuccederit. Veram enim uero in hunc nunquam fortalice incidiſſena errorē, ſi Diſcordis, & Galeni ſcripta diligenter perlegiſſent. Porro uero legitimumq; Scordium, trifolagine adeo ſimile, ut Triflago palustris merito dici queat, bumentibus ac palustribus locis prouenient, alijs ad eam praeditam, recentiorum diligenter iam omnibus magis innotuit, quam ut sit à nobis longiori hiftoria repreſentandum. Propter Galenam libro primo de antidotis Scordum, quod ex Creta aduehitur, ijs uerbis. Scordium optimum, ex Creta de-

SCORDIVM.



ALLIARIA.



fertur: quanquam non sit improbandum quod in alijs quoque nationibus reperitur. Scriptum autem est, à quibusdam viris
 grauissimis, cùm in bello interemporum cadavera multos dies insepulta iaceissent, quacunque supra Scordium foris
 fortuna ceciderant, multò minus alijs competrerūs, ea præterim ex parte, qua herban contigerant. Ob quam rem sa-
 60 nè omnibus perfusum est, tam putrefaciensibus animalium uenenis, quām medicamentorum deleterijs Scordium aduersa
 ri. Præterea Scordij nomen idem Galenus libro 8. Simplicium medicamentorum, ubi de eius uiribus ita scrivit. Scordij vites
 diuum ex multifloribus id tum saporibus, tum facultatibus confat. nam & amarum quid obtinet, & acerbum, & ex Gal.
 acre, & maxime scorodo, hoc est, allio admissilius eius est acrimonia: unde sane, mea sententia, nomenclaturam fortium
 est. Expurgat igitur, simulq[ue] excalfacit uiscera, tum menes, urinamq[ue] mouet. Præterea conculca, rupitq[ue], & late-
 rum dolores ab obstructione, & frigore natu sanat epotum. Denique uide quidem illum magna vulnera conglutinat:
 sed sordida purga, & maligna ad cicatrixem perducit, illum aridem. hactenus Galenes. Ceterum herba quæcumq[ue] iuxta
 sepes, & in agrovim marginibus nascitur, qua & coere, & sapore ita abur de allium referit, ut non temere vulgo A L.
 I. A. R. 1 siue Alliaria vocetur. Huius folia cum primum erumpunt, se è ratunda efflantur uido similitudine: post
 quam vero ad leviter, per ambitum in terra medium laciniata nascuntur, ut quadrangularis meliophylli effigiem repre-
 sentant, Alliaria he-
ba merita.


tent, leviora tamen sunt, nec adeò rugosa, & prope caulem latiora: que digitorum attritu, gustatuq; alijs odorem: & saporem reddunt. Caulem profert bicubitalem, rotundumq;: flores albos, & semen nigrum, minutumq;: trionis modo tenuibus filiisque inclusum. Radix, qua longiuscula est, etenim cum folijs odorem retinet. Vis planta huic calfactoria, & desiccatoria, seruum non adeò uehemens est, ut in dia. Attamen hinc certò colligi potest, quòd ea crufos humores extinare, & lento incidere ualeat. Semen emplastrum modo impositum, uulueq; admotum, mulieres uteri strangulatum oppreffas liberat, & exitat. Quæ planta exigitur Græcæ, Scordio similiter, & Trifago palustris Latinæ vocatur: Arabis, Scordeon, seu Scordem: Italæ, Scordio: Germanicæ, Vuafer batening, & knoblochs kraut: Hispanicæ, & Scordio: Gallicæ, Chamazac.

B. XIX. TVSSILAGO.


CAP. CIX.

TVSSILAGINI folia sunt maiuscula, quam hederæ, sex aut septem à radice, subalbida à terra, superne uiridentia, in plures angulos excentria. Caulis palmum altus: flos³ luteus, uere prodit, quo una cum caule confestim exiuit: inde nonnulli his uacare existimarentur. Radix tenuis est, & superu-

TVSSILAGO.



TVSSILAGO MAIOR.



BIBLIOTEC
APPROPRIATA
PER PETRUM
SCHMIDTUM
1714

cau^b. nascitur in amoenis, & riguis. Folia ex mellea rita igni facro, & omnibus inflammationibus illiciit medetur. Arida sufficiat ut fumus per infundibulum hianii ore rapiat, hos sanant, qui sicca russi, atque orthopnoea infestantur: pectoris vomicas rumpunt. Eundem effectum præbet suffixa 60 radix, decocta in hydromelite, & pota, emortuos partus elicit.

b Mucin, &
Cat. pectoris
medicinalis
ex iudicio
etius illius
leuit circa
nos, & aquo
locos,
c. Mel. Ven
Eryth. i. 10.
Tussilaginis
confiditatio-

Tussilago Herbaria vulgo dicitur Farfara, & Farfarella, nonne a Romanis fortasse deductio: hanc enim ab his Farfa-
riam vocatam sive refertur nomen Dioscoridius falso ascripta. Officina has velillos scutae eam Farfariam appelle-
lant, necnon etiam Vulgarium caballinam. Herba est vulgariter nominis. Caulis, & floræ exit adèò fugacissimus, vt Plinius,
qui eorum tam habitan ita herbarum non animaduertierat, deceptus Tussilagineum sine caule, & sine floræ nasci memo-
ria prodderit: cum tamen ea vere primo & caulem, & floræ proferat, sed quā enati breui aëmidum tempore dureant: quo
vernis etiam aperit, vel ab his squatram sibi forte fortium vulnera obducant, cuncti possint, eoque magis, quod iridens
caulis, & flos procedant, priusquam floria emicent. Quare sibi scripit Dioscorides, Tussilagineum confidit exitum flo-
re, tum caule, atque inde nonnullis his vocare exstinxisse. Sed certe vel hoc non legit, vel illa non observauit Plinius,

TVSSILAGO ALTERA, SIVE FARFGIVM.



Plinius lapus. quod *Tussilaginis* aperto errore & canle, & flore uiduam fecerit. Is Plinius error depelletur libro 26. cap. 6. p. 17.
 p. de *Tussilagine* differit iij verbi. *Tussum* sedat *Bachion*, que & *Tussilogo* dicitur. Duo eius genera. *Sylvestris* Vbi
 nascitur, subesse aquas credunt, & hoc habent signum aquileges. Folia sunt maiuscula, quam bedere, quinque aut septem,
 subalbida à terra, superne pallida; sine caule, sine flore, sine feminine radice tenui. Quidam eandem effe *bachion*, quam alia 60
 nomine *chamaeleon* putant. Huius aride cum radice fumus per aridendem hastus, aut deroratus, veterem *tussum* san-
 re dicitur: sed in singulos hastis usque passum gustandum est: Altera à quibusdam *falia* appellatur, similis *verbasci*. bac Plinius.
 Verum altera *Tussilago*, cuius nulla fit mentio à *Dioscoride*, utpote qui uno tantum eius genere contentus fuerit,
 nudi hactenus incomperta est: nisi ea fortasse sit, quam aliqui *herbariorum Centrum galli* vocant. Porro nascitur in
Tussilaginis radice quadam subalbida lanco, que à radicum segmentis prins repurgata, & deinde linteolis inuloluta, &
 in lixiu parum decocita, addito salis nitri aliquantulo, ac denum sole seccata omnia optimus est fones ad ignem et silice
 excussum excipendum. Quippe adeò ignis est rapax, ut statim primo tantum chalybis concussum accendatur. Ceterum ego
Plantæ, quam omnes ferè, qui de re herbaria cripserint, perpetram petasitem vocant; *MATRICREM* esse *TVSSILAGINEM*
 non ambigo. Namque crescit hac humectis, & umidos locis, ut preferint propè rinos aquarum, perinde ac altera *Tusillo-*
go, cell.

go-caulem edit quoque, antequam folia emergant, in ipso Veris principio, concauum, dodrantalem, pinguem, purpureum, parus oblongis; circumdata folis, in cuius cæcum flores excent spicati, ex purpura albitantes, qui in parte caule paulo post flaccientes contabescunt, & in pappos diffundit. Eodem ferè tempore folia è terra emergunt altera parte incana, que antequam adolescent, Tussilagine similia spectantur. at qui postea in tantam crescent amplitudinem, ut personam folia amplitudine superent. Horum singula pediculo nuntiatur purpureo, alba lanugine obducto, qui à radice prouenit. Radicem edit longam brachij quandoque humani crassitudine, intus candidam, materia fimbrosa, amara, aqua odorata. Hanc plantam, qui putant Petasitem esse, proculdido hallucinans, quod Petasites pediculum profert cubito maiorem, crassitudine pollici, a quo pregrandre folium seu fungus è suo medio pediculum dependeat, id quod in maiori Tussilagine hanc quaquam vistit. Cum eius folium non in medio, vt fungi pediculum habeat, sed perinde ac Tussilago in filio latere, quod ad radicem spectat. Ad hac alia quoque habent pianta, que non ab re inter Tussilagine annumerantur potest. Hac foliis ex his nigrae populi amplioribus ad tussilaginis figuram inclinatis, sed non tot prominentibus in circuitu angulis, nec a terra tam saturate albivis. Caule edit sesquidrodantalem, a quo plures orientur rami, in quorum summitate flores excent aurei, magni, rosarum figura. Racemis habet album, & subamarum. Floret verè. April presertim mensa: Nefastum circa rios aquarum, in conuallis & pratris uliginosis. Non desunt qui hanc Calitham esse contendunt, quorum intentio non probamus. Verum qui certent hanc Plinius esse chamaelecum, Faranum, F. A. R. V. G. I. V. M. V. E. cuius ipse meminit li. 24, cap. 15 eos hanc quaquam hallucinari putaverint, & huius eundem manifeste quoque crediderunt loco superius citato, ubi de Tussilagine disseruit. Nam cum inquit, postquam de Tussilagine egit: Quidam cænida esse Bechion, & alio nomine chamaelecum putant, ijs sanè uestibis facile quipiam conjectari poterit, non defuisse Plinius tempore, qui hanc plantam inter tussilaginis genera reponerent, quod ambas uestibus pares noscerent. Nam Plinius Chamaeleum, sive Farfugium ueterum tussim perbeli curat, si radices cupressi carbonicæ imposita fuisse per infundi bulian imbibatur. Matris Tussilagine radix exalfacit, & attenuat, quinetiam abstergit, & eius eundem indicat amaritudo. Constat autem multorum quoque experimentis, præstare hanc contra pestilentiam, & pestilentie febres, ubi in puluerem contrita radix duarum drachmarum pondere ex uno propinatur, & deinde sudore cogantur egri. Quamobrem Germanis pestifera radix appellatur: Prescas eadem ad uteri prefractiones, & cruciatas, eodem modo sumpta. Propinatur item ueterinaris, & pastorum, contra quadrupedum uermes, sed peculiarier equis qui antelaudæ offi cultate laborant. Reliqua cum Tussilagine communia habet. Tussilagine facultates posteritariae memoria tradit Galenus libro 6. Simpl. medic. sive inquisitio. Bechium ideo sic nuncupatum est, quod beng. hoc est, tuffes, & orthopæda inuare creditum sit, si quis uidelicet folia arida sument, aut radicem in præcis accendens, ascendentes inde si mino infusatu attrahit. Est autem modice acris, ut sine molesta noxiae omnes thoraces abcessus credita si rumpere. Sanè folia uirtutem partes cruda inflammatione obfessas illius extrinsecus adiuuant, propter aquæ humiditas astringentem: quia omnia uirida, terrena; participant, alia plus, alia minus. Nam secca Bechii folia acriora sunt, quam in partibus inflammatione labrantibus conueniant. Qæ planta Ægypti Graeci, Tussilagine Latinæ vocatur: Officinali, Farfaræ, & Vngula equina: Italæ, Farfaræ, Farfa, relata, & Vngula di canallo: Germanæ, Robustæ, & Brantlatich: Hispanæ, Vnha de asfo: Galia, Pastas de afo.

Tussilagine
vires ex Gal.

† Nulli dubium est, quin hoc loco in Diocoride mendum subfir. Quicmodo enim radicem Tussilaginis ægætiv, hoc est, inutiliter recte vocauerunt Diocorides, si paulo post ei nonnullus uetus tribuit? Errorem hunc a nemine interpretum, quod scian, animaduerterem, sicut Manardus, sicut item Fuchs, sed rarer tamen locum inveniendum reliquit. Equidem, ut dicam, quod sentio, verbum illud ut adscitum delendum esse puro, Oribasii testimonio nixus, in cuius codice manu scripto illa dictio non legitur.

A. p. tripl. a.

ARTEMISIA.

CAP. C. X.

Artemisia magna ex parte in matitimis nascitur^a absinthii modo fruticosa, maioribus, & pinguis foliis^b, ramisq. Huius quidem genera duo. Vnum latius, habitusq; foliis, virgis, & latioribus. Alterum tenuius, flore parvo, tenui, candido, graueolente, astate floret. Sunt qui in mediterraneis vnicaulis nomine appellant^c tenuem herbulam, simplici caule, &^d minuto, floribus scarante teñuibus, flavo colore. hæc in cindore, quām præcedens efflat odorem. Vtrax, exalfacit, extenuat, feruefacta conuenienter in mulieribus defessus adiiciuntur, ad detrahendos menses, partus fecundasq; item ad præclusiones vulvæ & eiusdem inflamationes: calculos comminuant, remoratam virinam carent, menses pellunt pubi illitum. Succus vulvæ inditus ex myrra eadem, quæ infusio trahit. Comitatibus drachmis corundem educendorum gratia bibitur.

A. p. tripl. a. ARTEMISIA TENVIFOLIA. CAP. C. XI.

Artemisia tenuifolia in sepiis, & cultis iuxta aquarum ductus nascitur. Eius flores, & folia contracta simplici odorem reddunt. Si quis stomacho laborans, herbam cum amygdalino oleo beatum ne contundat in malagmatis lentorem, & stomacho imponat, sanitati restituetur. Qui in cruxrum quoque dolore cruciatur, si succum eius cum oleo rosaceo miscens illinat, sanatur.


Tria a Diocoride recententur Artemisia genera. Verum priora nullis inter se notis certant, nisi quid in vniuersum Artemisia cō altera maior est, altera però minor, que priuatim florem gerit candidum, parvum, tenuem, ac grauerolentem. federatio. 60. Quæ autem tertio generi adscribitur, herba est simplici, tenuique caule, floribus plurimis referto, flavo colore. Id quod etiam confirmat Plinius libro 25. cap. 7. sicut inueni. Artemisia absinthii modo fruticosa est, maioribus foliis, pinguisque. Ipsius duo genera: altera latioribus foliis: altera tenera, tenuioribus, & non nisi in maritimis nascens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellant herbam simplici caule, minimis foliis. flores copiosi erumpentes, cinnua naturae sunt, odore non inueniunt, quam quidam betryza, alijs ambrosiam vocant. Talis in Cappadocia nascitur. hoc Plinius lapsum. Qui tamest in prioribus Artemisiæ generibus, nihil à Diocoride dissentit; distinet tamen, & errat in tertio, quid in eis locis ambrosiam sequenti capite ab ipso Diocoride descriptam subiecit, & credidit deceptus hic ambrosiam, & tertium Artemisiæ genus, vnam. & eandem esse plantam. Ceterum prima éno Artemisia genera Heritensis frequentissima sunt, neque in alio inter se distant, quām quid in maiori omnes partes maiores spectentur, in minoruero minores: alias facie, & formam similia constat: quinetiam efflat saper, & odor, eademque facultas urinæ inest. Quare eudem nefo, qua ratione dicitur Brajnebas Ferrierensis in sua simplicitate pro certo crediderit, eam berbam minorum esse.

Artemisiæ,

a Meū. πτία
βερβίδης
τερπίνης
εγκύος
εὐθύλη.herba mutico
fa., adfumis
adanthio.b Drest in
meo exemplari.c Meum. απόστασις
μεταξύ των
μηιών.d Meuni οξει
σπέρματος
& vase par-

a. vnde par-

RA TEMISIA,



Artemisiām, quae Hētrūna, officīnis Mātricāria, & uligō muleribus Amarellā vocatur. Sed eō magis nūnū hinc dū
qui celebret admirari subit, quōd sc̄riptis tradidit̄ duas alias esse Ferrarie. Artemisia species nullis proflis nob̄is diffī-
cias; prater quem quōd alteri unus tantum sit rāmus; alteri vero plures. Eius verba subiecte labet. Non dubito, in-
quit, ut romālli fecere, eam qua apud nos corrupto vocabulo Arcemisia dicitur; ac si Artemisia dictum sit, nerām Arte-
misiam esset, que folia ab initio similia habet, & Dioſcorides inquit, & eius duo genera facit Monoclonon, & Polyclonon,
id est vetum rāmūn, & plures rāmos habentem. Ambas species Ferrariense nūlq̄s nouit, si aptē distinguere s̄eret, quo-
nām & iōis inēstrimātūm kātur. Quidam nōs Mātricāriam, & Marvellā volvānos, Artemisia species est, illa felicet,
quae malō dicit. Nec obſta quod Ferrarie duas species Artemisiae sint per unum, & plures rāmos distincte, quonām &
hac in specie est, que plures habet rāmos. hac Braſaſolus. In quibus sāne verbis eius plura, meo iudicio, deprehendam
Braſaſoli ex-
terrata. Quorū primū illud est, quōd non ſcriperit Dioſcorides, alterām primū generis Artemisiām multiplex con-
ſtrādit̄ (ut etiam Plinius refert) quōd aliqui reperieruntur, qui in mēiterrāni vniculis nōnīne appellent tenuem herbu-
ram, ſimpli cāule minūo, florōs, floscentē tenib⁹, flāuo celore. Verū bac etiō Artemisia affigantur,

non autem secundo, vel primo, ut Brafaulus existimat. Altero deinde errore notatis, quod asserat Matricariam, sine Marellam, quam legitimum Dioscoridis partenium censamus, esse graueolentem Artemisiam. Quandoquidem minor illa, quod Diocoride secundo loco redditur, granaria oleris, non quidem florem preferit in medio luteam, & per ambulum albis foliolis cinctam Matricarie, vel Amarellie modo: sed candidum, parum, ac tenuem. Tertius hic accedit error, quod non affectare videatur, duo illa Artemisia genera, que Ferrarie persimilia habentur, ea esse, que à Diocoride primo loco representantur sunt, magnitudine tantum, ac paritate differentia. Sed cum porro seipsum hac in re deceptum reprehendisset Brafaulus (ut legitur in suo ultimo volumine Veneris impresto) dum longa oratione contendit Amarellam, seu Matricariam inter Artemisia genera reponendari esse, Crotulan verò setitam Ferrariensis Brusiaculo vulgo vocatam esse legitimum partenium, adèò seipsum (pace eius dixerim) & sua scripta confundit, ut nullo pacto (dicam liberè quod sentio, alijs tamen indicandem relinquo) quid tam tande debeat, percipi possit. Nam cetera afferit Amarellam, sine Matricaria succum, piciarum quatuor pondere haustum vranque bilam, ac pituitam deinceps, aperte quidem fateretur hanc esse Parteniem, cui priuatum ea uis inest. Atamen paulo post eorum forte oblitus, argumentis quibusdam satis, mea quidem sententia, leibus, contrà affereret, nil aliud esse Parteniem, quam suum Brusiaculum. Quelliū præterea quanuis in primis Artemisia generibus plane Diocoridi subfribuntur; in tertio tamē hallucinatio deprehenditur, quod tertii generis Artemisiam tam esse putet, quam alijs Athanasiā, alijs Tanacetum appellant. Siquidem Tanacetum nostrum stolidibus compluribus ab uia tantum radice proficit, crassis, atris, ac firs foliis longis, amplis, crebris diuinius distinguitur: floribus lateis, in caulinum cacuminē gregatim emicantibus. Porro Artemisia, que tertii adscribitur generi, tenuis herbula est, rno duxatax caule, ipsoque minuto confurgens. Hanc equidem (ne ingenuis fatigari) hacentur in Italia non inueni, neque ad aliquo inuentu uidi. Quin potius eam inueniū difficillimum duxerint. quippe cetera tam Diocorides, quam Plinius satius obscurè, perplexè de sa scriperit. caulis, foliorum, florum, semen & radicis notis si-
20 lento inuoluerint, non modo difficillimum videatur; sed mix etiam seipsum putauerint, ut quae unquam hanc Artemisiam legitime demonstraverint. Neque tamen in hoc audientur eis Plinius, qui (ut supra diximus) hanc esse Ambrofium falso memoria prodiit. Nam præter quād ratione contentaneum non est, quod Diocorides diobus tam propinquis capitulo bus minus & eiusdem plantæ historiam tractauerit, euidentissimum est, Ambrosius sequenti capite descripsionis huius tertii. Artemisia descriptio hauquaque respondere. Ad hoc non in minori, quam Brafaulus, & Quelliū, nesciutor error Monachus illi reseruari, quid Mœvius commentarij sunt. quippe qui & hunc, & illam secuti dupli hallucinatione scripsit trahiderint, Matricariam vulgo vocatam omnino esse minoram Artemisiam, Tanacetum vero eam, quia vinculis distinctur. In horum denique opinionibus, vel potius erroribus ipse quoque Fuchsius implicatur, ut aliqui ingenio, & eruditione præclaris, adeò ut etiam nemini dubitandum esse censeat in suis de Floris Historia commentariis, quin Matricaria sit alterum Artemisia genus, Tanacetum vero tertium. quia in re iis fortasse fuit, qui maluerit cum alijs errare, quam folia redit sentire. Ceterum facile credere nonnulli diligenter simplicium medicamentorum inquietatores, ac etiam Diocoridis studiosi, qui sunt nulli unquam labore pepercérunt, ut hanc medicina partem superiori atati obcuram nostram illumirem reddenter, tertium Artemisia genus ex Diocoride aſſertum esse. Quod præterea repenter huius auctioris codices antiquissimi, in quibus illa de tertio Artemisia genere non legitur. quemadmodum etiam in nostro ex impressis libro, in quem castigationes ex veteris exemplarum manu scriptoribus Diocoridis, & Oribasij collatione excerptas collegimus, quas acceptas refero. Gabrieli Fallopio Montensis medico clarissimo, nunc Patavij summa cum omnium laude, & admiratione, corporis humani: & rei medicae materiali proficiunt. Cui certè ob eius singularem in me amore ac liberalitate, atque etiam in omnes humanitatem, me plus debere scio, quam aut re ut perbiſ respondere possum. Cum itaque (ut eo redeam, unde ubi ter digressus sum) in Diocoride suspecta sit tertia Artemisia, ut mirum videri debet, finis eius historia cœciūlii Plinius.
40 Neque item mirandum est, si eius non meminerint Galenus, & Paulus: qui tamen aliqui in simplicium censu Diocoridis scripta bona fide referre solent. Non defens insuper doctissimi viri, & in planitarum Historia dilucis versati, qui Artemisia tenuifolia caput Diocoridis acrenissime atque adulterinum esse censeant, hoc duellum argumento, quod ceterum superiore capite de omni Artemisia generi differens Diocorides, absurdum quippe esset, quod seorsum Artemisia genus aliud subiungeret. Addunt etiam, quod hanc Artemisia inter simplicia nulquam meminerint Paulus, Oribasius, & Serapio: qui tamen (ut paulo ante dixi) illa ex Diocoride transcribunt. Horum sententiam est plane probandum existimet: cum tamen vulgari Graeci hoc loco Artemisia tenuifolia capit habeant, illudque a quibusdam reddatur, nobis quoque adjiciendum, eisque aliquam faltem mentionem faciendum duxi: preterim quod non defini, qui id Artemisia genus inueniri tradant. Siquidem Quelliū est anchor, ipsius in Gallia nasci circa riuulos, aggeresq; item in frumentacis agris, atque in illi vulgo diu Ioannis herbam nominari. Verum ceterum difficillimum esse putem, ut hac planta ab aliquo cognoscatur, & 50 legito & demonstretur, quod nullus prosit nota deponatur, nec si equidem quoniam Quelliū viro aliqui fide digno in hoc quis recte adspiculari debet, aut merito posset. Ceterum vulgaris Artemisia pafm ibique prouenta, caulis pluribus, rectis ſequitibzibz, rubentibus, rotundis, striatisque. Folia gerit abſinio latiora, pinguiora, ſupina parte candentia. Jed que in caule ſunt longe minoria ſeptentia. Flores copiosissimi caulinum ramuliculis racemant exenti, parvi, pilosi, odorati, albicanterique: & quibus minutum oritur semen. Radix habet lignosam, multifidamque, minimi digiti eradiſtudine. Tota planta odore ſpirat hand ingratu. Ideoque non defini, qui placent, eam commiscent. Est & altera una tantum caule confusa, altera per annua ſimiles, præterquam quod omnibus suis partibus, priori humilior, tenuiorque peflata, quam minorem Artemisiam appellamus. Vrtriusque recentia folia cum oleo Irini, myrra, & ſcapulis trita & tiliſer multieribus ſupponuntur ad ptericas affectiones: ſquidem & menſes, & ſecondas enatant. Earendum radix pota imponatur. Bibitum viliiter foliorum succus, aut ipsa herba recens aduersus eponum opium. Aridorum foliorum farina trium drachmarum pondere ex vina pota, medicamentum est optimum ad coenditum dolorem. Adaligatam Artemisiam; ut quidam putant quod defert viator, negat idem laſſitudinem ferire. Suspensum autem ſuper limine denuo beneficia prohibere incantationes. Diu in tantum generum Artemisiam fecit, eorumque vires redditus Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, his verbis. Duplex quidem eis herba Artemisia. Utraque exalſat, & modice deſcat: & ſunt, quidem ad calificationem attingit, excessus ſecundi: quod vero ad reſectionem, aut priuam intenti, aut ſecondi incipientis. Sunt autem & mox aice tenuissim partium. Itaque ad renum calculos medicinari commode ſunt, & ad fomentationes pteri. Herbas, quaे étriae Grecae, Artemisia item Latinis, pariter & Italis dictar: Germani, Beynoſt, & Sant Ioans garet: Hispanis, Artemisia
60 vi res ex Gal.
Nomina.
2: Gallica, Artemisia.

Ruellii halluzinatio.


Monachorū,
& Fac. error.

Ambrosia
confid.

Ambrosia pusillus frutex est, tam osus, trium palmorum altitudine; foliis rute, circa imum caulem exquis: cauliculi feminibus, perinde quasi racemulis grauidi, qui nunquam florē parint, odo-re vinolo, suavi; radice tenui, lesquipedali. Coronantur ea Cappadoces. Vis eius reprimere, ac repellere, & illius adstringere humores, qui in aliquam partem incumbunt.

Et si planta, quam hic primo statim loco appinximus, genuinam referat ambrosiam, adeo ut nihil in ea desiderari posse sit, non dicam tamen alteram, quam antea pro Ambrosia ostendimus, Ambrosiam, aut plantam illi congenerem non esse, cum & ipsa nota ferè omnibus Ambrosiam referat. Quanobrem, hanc fortasse aberraret, qui dixerit, alteram marem esse, alteram feminam; aut omnino congeneres esse plantas. Illam misit ad me Patauo Iacobus Antonius Cortius rei planariae acerrimus indagator. Hanc ergo mihi comparavi. Namque varijs in locis se milio oblitus insipientia, preterimq; fecundaria arcis Vipaci (locus enim is distat a Goritia circiter vingtini millia passuum) inter durissimos la-

AMBROSIA.




pides ortae

quides orta. Cui cùm inibi ex tempore obviam factus essem, eamque confixissem, botryos modo, racemoso semine refertam, statim inclinauit animus, ut certò ducerem hanc esse Ambrosiam. Ea quamuis a Dioscoride, & Galeno non alijs representetur nřibus, quâna ut reprimere, repellere, & illatu aestrigere paleat homines, qui in aliquam partem decubunt; dicere tamen non posse folium, sed plantarum quoque scriptores non contempnendi, nulla alia de causa præstantissimam hanc plantam a veteribus Ambrosiam fuisse vocatam, quam quod iu in cibis suis longeas faciat homines, quemadmodum ambrosiam illam, qua Deorum fertur claus, Deos immortales, perpetuoisque conferuare fabulantur. Ambrosia menidum sùt Plinius libro 27 cap. 4. vbi eam us verbis depinxit. Ambrosia vagi nominis est, & circa alias herbas fluctuans, fruticem vnum habens densum, ramifiam, tenuem, trium ferè palmorum, tercia parte radice breuore, folijs rite circa uniuersalem. In ramulis semen est unius dependentibus, odore vinojo, qua de cava botrys à quibusdam vocatur, ab alijs artemisia. Coronatur illa Cappadoce. Vjis eius ad easque disicut opus sit, hec Plinius. Ambrosie quoque facultates, sed quâm brenfis simè, tracidit Galenus lib. 6. simplicium meū iamentorum, sic inquiens. Ambrosia cataplasmate impotia pina habet adstru-
gentem, ac repellentem, Ex ut Graecè εὐπόστολος, ita etiam Latino, & Italico Ambrosia nominatur,

Ambrosia vi
res ex G.
Nomina.

AMBROSIA ALTERA.



BOTRYS.

CAP. CXIII.


a Mei. Et
xox pim. ra
her tixed
magend. &
cultur. mul
tas habens a
las.

b. eufra d
pudica. regi
Xapalpar regi
Xapalpar. i
nacta. ve
plurima circa
eritis. & cor
rentes.
c. 15. addit
sui fruct. u. cil
vina.
Botrys con
fiderato.

BOTRYS fruticosa herba est, lutea tota, & ^a in multis alas sparsa: semen circa totos ramulos prouenit: folia eichorio similia, tota sanguinem odorem spirat, qua re vestimentis interponitur ^b. Innentur in torrentium ripis, & conuallibus. Pota orthopœas mulcat. Hanc Cappadoces ambrosiam vocant, alii atemfiam.


Legitima, & ve a Porrys fabulosis, & aridis gaudet, quin & glareosis fluminorum aliens. Ideoque Tridenti frequenti nra nascitur fecus Persicam, & Lauzium rapidissimos torrentes, & in alijs quam plurimis locis. Goritia mulieres Botrys in horis servunt, quod eam veteri affectibus opitulari existimat. Fruticat haec foliis eichorijs, laciniatis, sinuosisq; queretur foliorum similitudine: ramis numerosis, tenuibus, scamine exquisissimo, racemosoque referitis. Planta tota suco quedam resinose madet, adeo ut comprehensa resine modo manilus herac. Odorena quidem acrem spirat, & qui nares quoddammodo feriat, sed tamen is Juanitatem retinet. Plinius videtur ex Dioscoride Botrys reddidisse libro 27.

BOTRIS.



cap. 8. ubi eam in hunc modum descripsit. Botrys fructosa herba est, luteis ramulis; semen circa totam nascitur folia cichorio similio. Inuenitur in torrentium ripis. Medetur orthopnoicis. haec tenus Plinius. Botrys itaque excalpacit, attenuat, incidit, expurgat, & aperit. Praslat eadem ad omnes pectoris, & thoracis affectus pituitos, quinimum & suppuratos adiuat, quintem atibomaticos, & suspirios, tum herba ipsa ex decocto dulcis radicis pota, tum ipsius herba tantum decoctum pluribus diebus basiflum, addito uolaceo melle, aut saccharo. Parvula expunctibus miniscit auxiliatur. Id quod ego attestari possum: Herba ipsa recent facit quoque ad uteri dolores, si in calenti tegula Cretico rino irritata calefias, & uentri imponatur. Ideoque eadem vnde cum parthenio, & anthemidis floribus puerparum cruciatis auxiliatur, ubi simul omnia concipi in oleo lilio in patella paruuntur coquuntur, & deinde ex ovis gallinaceis excipiuntur, & simul miscantur, coquunturque quoisque placentae formam referant, & calida uentri superponantur. Est enim hoc praesertim auxilium. Sufficiunt eiusdem herbe uapore utiliter feminis ad meritos ciendos, & emortuos fetus ciendos. Herba ipsa arida nefisna interposita non solam eas a tincis tuerit, sed odoratque quoque reddit. Ceterum huic herbe, quod equidem legerim, non meminit Galenue in simplicium medicamentorum consu. Eius tamen facultates ex Dioscoride retulit Paulus libro 7. ubi sic inquit. Botrys, quam aliqui ambrosiam, alijs artemisiam vocant, planta est admodum odorata. Hac cum uno pota non nisi recta cervice fibrantibus; quos orthopnoicis appellant, auxiliatur. Ea Gracis Corus, Latinis item Botrys dicitur: Italie, Botri: Germanis, Traben grant, & kretten graut: Gallis, Pyjmen. Nomina.

GERANIVM I.



a. Meum, & **G**eranium foliis anemones, diuisuris longioribus : radice subrotunda, cum estur dulci. Quæ Olibrii, &c. drachmæ pondere in uino pota uulua inflatione discutit. ^b Geranium alterum calibus minu-
tis, & pilosis, sesquipedalibus : foliis maluæ, in summis alis sursum spectantia gruum capitula infunt,
us. ^c Mel suum cum suis rostris, aut canini dentes. Nullius in medicina usus.

^a Meum, & **G**eranium foliis anemones, diuisuris longioribus : radice subrotunda, cum estur dulci. Quæ Olibrii, &c. drachmæ pondere in uino pota uulua inflatione discutit. ^b Geranium alterum calibus minu-
tis, & pilosis, sesquipedalibus : foliis maluæ, in summis alis sursum spectantia gruum capitula infunt,
us. ^c Mel suum cum suis rostris, aut canini dentes. Nullius in medicina usus.

Duo tantum Gerani genera à Dioscoride traduntur. Verum Latini, Plinio authore, tertium genus addere viden-
tur, quod alterum quidem eorum a Graecorum descriptione differat. Id quod ipse Plinii aperie testatur libro 26.
appellatur & cap. 11. ubi de Geraniis distinguis verbis. Geranium aliqui myrrhæ, alijs myrrhæ appellant. Similis est cicutæ, foliis
geraniis, minoribus, & caule breviori, rotundo, saporis, & odoris incuncti. Nostræ sic eam tradunt. Graeci foliis can-
c. Meu. ^d didioribus, paulo quam maluæ minoribus : calibus tenuioribus, pilosis, ramosam ex interuallis, binam palmorum, &
alteruna. ^e Geranij con-
ce mali modo rotunda, dulci. hac Plinii. Ex quib' facile colligi potest, tria esse Geranij genera, Romania unum, Gra-
c. alteruna.

GERANIVM II.

